Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 196

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 469.

4

Tractatus de peccatis linguæ, et oris. 277a–306a

Tractatus de peccatis linguæ, et oris. Initium est: "Notandum quod valde dificile est quod homo non peccet peccato oris vel lingwe." Post blasphemiam agit author de peccatis in spiritum S. et de sex donis, seu gratiis spiritus S. quæ retrahunt hominem a peccatis. Apfaltrer in Script. Univers. Vienn: Sæc. I p: 137 Joanni de Gråtz attribuit Sermones de peccatis oris, et lingua, qui Pragæ, et Viennæ floruit circa annum 1444.

Joannes de Gråtz

Nota: Tractatus iste negligenter, confuse, et incomplete scriptus multo perfectior exiſtit in Cod: CCXXI n:2, ibiqs Joanni Gews adscribitur.

Cod: CXCVI.

Chartac: Fol: Sæc: 15. 2 3.9.

Aegidii Romani libri III de regimine principum.

Ægidii Romani, seu de Columna libri III. de regimine principum. Rubrica præmittitur hæc: "Incipit liber de regimine principum editus a fratre Egydio romano ordinis fratrum heremitarum Sctj Augustini &c." Initium præfationis est: "Egregia ac scientissima prosapia oriundo suo domino speciali domino Phylippo (a) primogenito et heredi preclarissimi viri domini Phylippi (b) Dei gracia illustrissimi regis francorum suus devotus frater Egidius romanus ordinis fratrum heremitarum Sancti Augustini cum recomendatione se ipsum et ad omnia famulatum." Totum in Codice nostro ab.

(a) Cognomento Pulchro.
(b) Cognom: Audaci

(c) conversionis

„solvitur tribus libris, liber duabus partibus.
In fine legitur: "Finitus est iste liber in die
conversacionis (c) Sancti Pauli anno domi,
„ni 2c XXX1° /: 1431./. De Aegidio vide Codi,
„cem CLVI. num: 1.

Cod: CXCVII.

Chartac: Fol: Saec: 15.

2
3.10.

1.

Comentarii in Apocalypsin.

1a – 101a

Commentarius in Apocalypsin. Incipit:
"Apocalipsis Jesu Xti quam dedit illi deus.
Notandum ad intellectum libri de distinci,
„one etatum." Margini superiori adscriptum
est: "Anno domini 2c 48. /: 1448. In fine legi,
„tur: "Explicit Glosa super Apokalipsim Repor,
„tata Wienne apud fratres predicatores per ma,
„nus Andree de Regen." Ex hac subscriptione pro,
„num est concludere, praefatum Comentarium
ex ore docentis cujusdam Magistri a discipulis
exceptum, litteris mandatum, et denuo ma,
gistro correctum esse, et approbatum; id enim
vox: Reportata indicat, ut videre est in disser,
tatt: criticis de gestis S: Thomae Aquin:
Joan: Fr: de Rubeis p: 53, et quos ibi adducit
Ptolom: de Luca, Bern: Guidonem etc: Sed prop,
terea S: Thomam Glossae hujus authorem ne suspi,
„cor quidem; nam duo qui ei /: falso quidem/
tribuuntur comentarii in Apocalypsin, inci,
„piunt: Vidit Jacob in somnis; et: Vox domi,
„ni praeparantis cervos. Unde nil reliquum, quam
ut credam, hanc expositionem esse profectam
a quodam Magistro Ord: Praedic: Viennae docen,
„te, mihi autem ignoto; nisi forte sit Berthol,
„dus Puechauser, seu de Ratispona /: alii erro,
„nee Ruchawoser dictus./ Ord: Fr: Eremitarum
S: Augustini, qui saeculo 15to Viennae docuit,

Bertholdus Puechauser

Probabiliter non Bertholdus

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 196

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27533

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)